

www.e-rara.ch

**M. Tullii Ciceronis opera omnia, praeter hactenus vulgatam Dionysii
Lambini editionem ; accesserunt D. Gothofredi,... note**

Cicero, Marcus Tullius

Lugduni, 1588

Stiftung der Werke von C.G.Jung, Zürich

Shelf Mark: Online

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-11124>

In L. Catilinam quarta, habita in senatu. Oratio vicesimasecunda.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

IN L. CATILINAM QVART- TA, HABITA IN SENATV. ORATIO VICESIMASECVNDA.

Synopsis.

Quaestio, *trion Syllani, an v'ò Caesaris sententia de emissariorum supplicio sequenda?* Habita in senatu, noni Decemb. Euentus, Catonis sententia, supplicium de Lentulo, Cethego, Statilio, Gabinio, Cepario sumptum in carcere.



VIDEO, P.C. in meo omniū vestrum ora, atque oculos esse conuersos. video, vos non solum de vestro, ac reip. verum etiam, si id depulsum sit, de meo periculo esse sollicitos. Est mihi laetitia in malis, & grata in dolore, vestra erga me voluntas: sed eam, per deos immortalis, quaeso, b deponite, atque obliti salutis meae de vobis, ac de liberis vestris cogitate. Mihi quidem si haec conditio consulatus data est, ut omnes acerbitates, omnes dolores, cruciatūsque perferrem: feram non solum fortiter, sed etiam libenter, dummodo meis laboribus, vobis, populoque Ro. dignitas, salutisque pariat. Ego sum ille cōsul, P.C. cui non forum, in quo omnis aequitas continetur: non curia, summum auxilium omnium gentium: non domus, commune d. perfugium: non lectus, ad quietem datus: non denique haec sedes honoris, sella cunctis: vnaquā vacua mortis periculo, atque insidiis fuit. Ego multa tacui, multa pertuli, multa concessi, multa meo quodam dolore, in vestro timore, sanavi. Nunc, si hunc exitum consulatus mei dii immortales esse voluerunt, ut vos, P.C. populumque Ro. ex eadem misera, coniuges, libertosque vestros, virginēque Vestaleis ex acerbiſſima vexatione: tēpla, atque delubra, hanc pulcherrimam patriam omnium nostrum ex foedissima flamma totam Italiam ex bello, & vastitate eriperem: quaecumque mihi vni proponatur fortuna, subeat. Etenim, si P. Lentulus suum nomen, indatus a vobis, fatale ad perniciem reip. fore putauit: car ego non later meum consularium ad salutem reip. prope fatalem exitum. Quare, P.C. consulite vobis, respicite patriam, conseruate vos, coniuges, liberos, fortunāsque vestras: populi R. nomen, salutēque defendite: mihi parcere, ac de me cogitare desinite. Nam primum debeo sperare, omnes deos, qui huic urbi praesident, pro eo mihi, ac mereor, relatu gratiam esse, deinde, si quid obigerit, a quo animo, paratōque moriar. neque enim turpissimū mors forti viro potest accidere, neque immatura consulari, nec misera sapienti. Nec tamē ego sum ille ferreus, qui fractis catilinis, atque amantissimis pra-

A sentis maiore non mouear, horumque omnium lachrymis, a quibus me circumfessum videtis, neque meam mentem non domum saepe reuocat exanimata vxor, abiecta metu filia, & paruulus filius, quem mihi videtur amplecti reip. tanquā oblidem consulatus mei: neque ille, qui expectans huius exitum diei, adstat in conspectu meo gener. moueor his rebus omnibus, sed in eam partē, ut salui sint vobiscum omnes, etiam si vis aliqua me oppresserit, potius, quā illi, & vos vnā cum rep. pereamus. Quare, P.C. incumbite ad reip. salutem: circumspecte omneis procellas, quae impendent, nisi prouideris, non Ti. Gracchus, qui iterum tribunus plebis fieri voluit: nō C. Gracchus, qui agrarios concitare conatus est: non L. Saturninus, qui C. Memmii occidit, in discrimen aliquod, atque in vestrae seueritatis iudicium adducitur: sed tenetur ii, qui ad urbis incēdium, ad vestrum omnium cādem, ad Catilinam accipiendum, Romae restiterunt, tenentur litterae, signa, manus, denique vniuscuiusque confessio: sollicitantur Allobroges: seueritia excitantur: Catilina accessit: id est inritum consilium, ut interfectis omnibus, nemo ne ad deplorandum quidem reip. nomen, atque ad lamentandam tanti imperii calamitatem relinqueretur. Haec omnia indices detulerunt, rei confessi sunt, vos multis iam iudiciis iudicauistis: primum, quod mihi gratias egistis singularibus verbis: & mea virtute, atque diligentia, perditorum hominum patefactam esse coniurationem decreuistis: deinde quod P. Lentulum, ut se abdicaret praeura, coegistis: tum quod eum, & ceteros, de quibus iudicauistis, in custodiam dandos censuistis: maximēque quod meo nomine supplicationem decreuistis: qui honos togato habitus ante me est nemi. Postremo quod hesterno die premia legatis Allobrogum, Titōque Vulturcio dedistis amplissima, quae sunt omnia eiusmodi, ut ii, qui in custodiam nominati dati sunt, sine vlla dubitatione a vobis damnati esse videantur. Sed ego institui referre ad vos, P.C. tanquam integrum, & de facto, quid iudicetis: & de poena, quid censeatis. illa praedicam, quae sunt consulis. Ego magnum in rep. versari furem, & noua quaedam misceri, & concitari mala iam pridem videbam: sed hanc tantam, tam exitiosam haberi consurationem a ciuibus, numquam putavi. Nunc quidquid est, quocumque vestrae mentes inclinant, atque sententiae, statuendum vo-

alib. vulg. qui mihi videtur amplecti reip.

b lib. ver. nobiscum

c v. e. quā illi, & nos vnā reip. perire pereamus

d al. qui C. Memmii vnum occidit

F. CXIX.

e L. populi R. nomen.

f L. iudicatis

g v. e. coniurationem esse

h v. e. ceterosque, de quibus iudicatis

i idem oratione 3. supra

k al. Postremo hesterno die

l PROPOSITIO.

TIO.

al. Quin-

al. Quin-

bis ante noctem, est. Quantum facinus adnos delatum sit, videris. huic si paucos puratis affinis esse, vehementer erratis. Latius opinione disseminatum est hoc malum: manauit non solum per Italiam, verum etiam transcendit Alpeis, & obscurè serpens, multas iam prouincias occupauit, id opprimi sustentando, ac prolatando nullo pacto potest, quacumque ratione placeat, celeriter vobis vindicandum est. ¶ Video^a duas adhuc esse sententias: vnā D. Silani^b, qui censet, eos, qui hæc delere conati sunt, morte esse multandos: alteram C. Cæsaris, qui mortis poenam remouet, ceterorum suppliciorum omneis acerbitates amplectitur. Vtque & pro sua dignitate, & pro rerum magnitudine in summa feruerit veritas. Alter eos, qui nos omneis, qui populum Romanum, vita priuare conati sunt, qui delere imperium, qui populi Romani nomen extinguere, punctum temporis frui vita, & hoc communi spiritui, non putat oportere: atque hoc genus poenæ sæpe in improbos ciueis in hac rep esse usurpatum recordatur. Alter intelligit, mortem à diis immortalibus non esse supplicij causa constitutam: sed aut necessitatem naturæ, aut laborum, ac miserationum quietem esse. Itaque eam sapientes nunquam inuicti, fortes etiam à sæpe libenter oppetuerunt. vincula verò, & ea sempiterna, certè ad singularem poenam nefarij sceleris inuenta sunt. Itaque municipiis^c dispertiri iubet. Habere videtur ista res iniquitatem, si imperare velis: difficultatem, si rogare, decernatur tamen, si placet. Ego enim suscipiam, & vt spero, reperiam, qui si id, quod salutis omnium causa statueritis, non putet esse suæ dignitatis reculare. Adiungit grauem poenam municipibus: si quis eorum vincula ruperit: horribileis custodiis circundat, & digna scelere hominum perditionis sancit, ne quis eorum poenam, quos condemnat, aut per senatum aut per populum leuare possit. eripit etiam spem, quæ sola hominem in miseris consolari solet bona præterea publicari iubet: vitam solam relinquit nefariis hominibus: quam si eripuerit, multas vno dolore, animi, ac corporis, & omneis scelerum poenas ademisset. Itaque vt aliqua in vita formido improbis esset posita, apud inferos^d eiusmodi quadam illi antiqui supplicia impijs constituta esse voluerunt: quod videlicet intelligebant, his re motis, non esse mortem ipsam pertimescendam. Nunc, P. C. ego mea video quid intersit si eritis securi sententiam C. Cæsaris: quoniam hanc in repub. viam, quæ popularis habetur secutus est, fortasse minus erūt, hoc monitore, & auctore huiusce sententiæ mihi populares imperus pertimescendum. sin^e illam alteram securi eritis, nescio, an amplius mihi negotij contrahatur: sed tamen meorum periculorum rationes vilitas reipub. vendicat^f. Habemas enim à C. Cæsare, sicut ipsius dignitas, & maiorum eius amplitudo postulat, sententiam, tanquam oblidem perpetuam in repub. voluntatis, intellectum est, quid intersit, inter leuitatem^g conacionatorum, & animum vere populari, salutis populi consulentem. Video de istis, qui se populareis haberi volunt, abesse non neminem, ne de capite videlicet ciuium Rom. sententiam ferat: is & nudius tertius in

A custodiam ciueis R. [Cethegum^a, & Lentulum^b] dedit, & supplicationem mihi decreuit, & indices hesterni de maximis præmijs affecit. Iam hoc nemini dubium est, qui reo custodiam, quaestori gratulationem, indici præmij decreuit, quid de tota re, & causa iudicabit. At verò C. Cæsar intelligit, legem Semproniam esse de ciuib. Rom. constitutam, qui autem reip. sit hostis, eum ciuem esse nullo modo posse: deniq. ipsum latorem legis Sempronie, iussu^c populi poenas reip. dependisse. idem^d etiam ipsum largitorem^e Lentulum, & prodigum, non putat, eum de perniciem reip. & exitio huius vrbs tā acerbè, tamque crudeliter cogitat, appellari posse popularem. Itaque homo mitissimus, atque lenissimus non dubitat P. Lentulum æternis tenebris vinculis, mandare, & sancit in posterum, ne quis huius supplicio leuando se iactare, & in perniciem reip. posthac popularis esse possit. adiungit etiam publicationem bonorum, vt omneis animi cruciatu, & corporis, etiam egestas, ac mendicitas consequatur. Quamobrem hoc statueritis: deditis mihi comitem ad concionem, populo^f R. carum, atque iucundum siue i illam Silani sententiam sequi malueritis, facile me atque vos à crudelitatis viuipercutione defendetis: atque obtrinebo, eam multo leuiorem fuisse. Quam, P. C. quæ potest esse in tanti sceleris immanitate puniendi crudelitas? Ego enim de meo sensu iudico. Nam ita mihi salua rep. vobiscum perfrui liceat, vt ego, quod in hac causa vehementior sum, non atrocitate animi moueor, (quis enim est me mitior?) sed singulari quadam humanitate: & misericordia. Videor enim mihi hanc vrbe videre, lucem orbis terrarum, atque arcem omnium gentium, subito vno incendio concidentem: certo animo sepulchrum^g patriam, miseros, atque insepultos aceruos ciuium: versatur mihi ante oculos adpectus Cethegi, & furor in vestra cæde bæchantis. Cum verò mihi proposui regnare in Lentulo, sicut ipse se ex fati sperasse confessus est, purpuratum esse hunc Gabinium, cum exercitu venisse Caeciliam, tum lamento nem matrum familiam, tum fugam virginum, atque puerorum, ac vexationem virginum Vestalium perhorresco: & quia mihi vehementer hæc videntur misera, atque miseranda, idcirco in eos, qui ea perficere voluerunt, me iæctum, vehementerque præbeo. Etenim quæro, si quis paterfamilias, liberis suis à seruo interfectis, vxore occisa, incensa domo, supplicium^h de seruo quam acerbissimum sumserit: vtrum is clemens, ac misericors: an inhumanissimus & crudelissimus esse videatur? mihi verò importunus, ac ferreus, qui non dolorem suum, & cruciatum dolore nocentis, & cruciatu lenierit. Sic nos in his hominib. qui nos, qui coniuges, qui liberos nostros trucidare voluerunt: qui singulas vniuersiusque nostrum domos, & hoc vniuersum reipub. domicilium delere conati sunt: qui id egerunt, vt gentem Allobrogum in vestigijs huius vrbs, in cinere destragati imperij collocarent: viuentissimi sui timus, misericordes habebimur: sin remissiores esse voluerimus summe nobis crudelitatis in patriæ, ciuiumque perniciem fama subeunda est.

P. B.
PARTITIO
sententiarum
C. Cæsaris de
signati. Qui
autem deli-
gnatus priore
loco consul
priori
loco in sena-
tu rogabatur

e Locus com-
munis de
morte.

d. Inter v. c. læ-
pe etiam

e. q. v. c. muni-
cipibus disp.
al. v. c. Itaque
municipiis
disp. v. hic.
f. v. c. v. c.
quomodo id,
quod

g. v. c. muni-
cipiis.
h. L. & dignas
scelere homi-
num perditio-
nem sancit,
nequis.

ig. v. c. atque
corp.

P. CXX.

k Inferorum
poenæ, quas
Cicero viden-
tur non ad-
mittere, hic &
pro Cluentio
Tusculan. i.
adde Horat. i.
Odar. 4. Plato
in Phædo-
ne & i. de
Repub. Ho-
merum.
l. al. hoc au-
dore & cogni-
tore.

m. L. sin illam
alteram: ne-
scio & c.
n. L. vincat H.

o. al. lenitate

a inclusa de-
fuit quibus-
dam.
b. v. c. decre-
rit.

c legem Sem-
proniam intel-
ligit latam à
C. Graccho
populi quili-
quian ciuis
Romanus mor-
te inuolu-
tur. Veritè
legem nihil
pertinere ad
concomitantes
monstrat Ci-
cero, cum con-
iuratus ius ci-
uium antie-
rius, & hostes
à senatu iudi-
cari sint.

d. v. c. Sempro-
nia legis
e forte in ius-
su. nam id
historie veri-
tas demo-
strat satis, &
ipsa Cicero-
nis argumeta
ratiocinatio
L. idem ipsi
Lentuli lar-
gitorum &
prodigum
non p. al. id
ipsum largito-
rem, & proli-
gum Lentu-
lam, non p.
largitionis
hoc vitium
iat quoque
S. illius in
eodem Lentu-
lo.

f. v. c. carum,
populo R. at-
que iuc.
g. v. c. sine Si-
lani tenent.
h. multo le-
uiore fuisse.
i. al. subito v-
no inc.

m. v. c. sepul-
chrum, in patri-
am, & iudic-
n. dixi, quia
o. v. c. pater-
familias
p. l. supplicij
de seruo non
de seruo non
quam acer-
bissimum sum-
mum & ita
acerbissim-
um & ita
spud Latines
legitur
i. de ita
r. L. v. c. qui
non dolores
ac cruciatu
nocentis, sin
um dolorem
cruciatum
lenierit.

est. nifi verò cuipiam L. Catilina, vir fortissimus, & amantissimus reipub. crudelior nudiuf tertius est? visus, cum sororis suae, feminae leuissimae, virum praesentem, & audientem, vita priuandum esse dixit; cum aum iussu cos. interfectum, filiumque eius impuberem, legatum à patre missum, in carcere necandum esse dixit. Quorum, quod simile fuit factum? quod initum delendae reipub. consilium? largitionis voluntas. tum in rep. versata est, & patrium quaedam contentio. Atque illo tempore huius auius Lentuli, clarissimus vir, armatus Gracchum esse persecutus & graue tum vulnus accepit, nequid de summa dignitate reip. minueretur. hic ad euerenda fundamenta reip. Gallos arcessit, seruicia concitauit, Catilinam euocauit, attribuit nos trucidandos Cethego, ceteros ciueis interficiendos Gabinio, urbem inflammandam Cassio, totam Italiam vastandam, diripiendamque Catilinae. Veremini censeo, ne in hoc scelere tam immo, iact. nescio, nimis aliquid seuerè statuisse videamini, cum multo magis sit verendum, ne remissione poenae crudeles magis in patriam, quam ne seueritate animaduersionis nimis vehementes in acerbissimos hostes fuisset videamini. Sed quae ex audio, P. C. dissimulare non possum, iactantur enim voces, quae perueniunt ad aureis meas, eorum qui veteri videntur, ve habeam satis praesidij ad ea, quae vos statueritis hodierno die, transigenda. Omnia prouisa, parata, & constituta sunt, P. C. cum mea summa cura, & auge diligentia, tum multo etiam maiore populi R. ad summum imperium retinendum, & ad communis fortunae conseruandas voluntate: omnes adfunt omnium ordinum homines, omnium denique aetatum: plenum est forum, pleni omnes aditus huius loci, ac templi. Causa enim est post urbem conditam haec inuenta sola, in qua omnes sentiant vnum, atque idem, praeter eos, qui cum sibi viderent esse perendum, cum omnibus potius, quam soli perire vellent. Hosce ego homines excipio, & secerno libenter. neque enim in improborum ciuium, sed in acerbissimorum hostium numero habendos puto. Ceteri verò, dii immortales, qua frequentia, quo studio qua virtute ad communem dignitatem, salutemque consentiunt? Quid ego hic equites R. commemorem? qui vobis ita summa ordinis, consilii, concedunt, vt vobiscum de amore reip. certent: quos ex multorum annorum dissensione ad huius ordinis societatem, concordiamque reuocatos, hodiernis diebus nobiscum, atque haec causa coniungit: quam coniunctionem si in consulatu confirmatam meo, perpetuam in rep. tuerimur: confitemur vobis, nullum posthac malum ciuile, ac domesticum ad vllam reip. partem esse venturum. Pari studio defendendae reip. conuenisse video tribunos avarios, fortissimos viros: se ipsas item vniuersos: quos cum casu hic dies ad aratum frequentis aduocasset, video ab expectatione sortis ad communem salutem esse conuersos. Omnis ingenuorum adest multitudo, etiam tenuissimorum. Quis est enim, cui non haec templa, adpectus vrbis, possessio libertatis, lux denique, haec ipsa, & hoc commune patriae solum cum sit carum, tum verò dulce, atque iucundum? Operae pre-

tium est, P. C. liberinorum hominum studia cognoscere, qui fortuna sua ciuitatis ius consecuti, hanc verè suam patriam esse iudicant: quam quidam hinc nati, & summo nati loco, non patriam suam, sed urbem hostium esse iudicauerunt. Sed quid ego huiusce ordinis homines commemorem, quos priuata fortuna, quos communis res, quos denique libertas ea, quae dulcissima est, ad salutem patriae defendendam excitauit? Seruus est nemo, qui modò tolerabili conditione sit seruicitus: qui non audaciam ciuium perditurum perhorrescat: qui non ob stare cupiat: qui non tantum, quantum audeat: & quantum potest, conferat ad communem salutem voluntatem. Quare si quem vestrum fortè commouet hoc, quod auditum est, lenonem quendam Lentuli conuersare circa tabernas, pretio sperantem, & sollicitari posse animos egegentium, atque imperitorum: est id quidem ceptum, atque tentatum: sed nulli sunt inuenti tam aut fortuna miseri, aut voluntate perdit, qui non ipsum illum sellat, atque operis, & quæstus quotidiani locum: qui non cubile, ac lectulum suum: qui denique non cursum hunc otiosum vitae suae, saluum esse velint. Multo verò maxima pars eorum, qui in tabernis sunt: immo verò (id enim potius est dicendum) genus hoc vniuersum, amantissimum est otii. Etenim omne eorum instrumentum, omnis opera, ac quæstus, frequentia ciuium sustinetur, alitur otio: quorum si quæstus, ocellus tabernis, minui solet, quid tandem incensis futurum est? Quae cum ita sint, P. C. vobis populi R. praesidia non defunt: vos ne populo R. deesse videamini prouidete. Habetis consulem ex plurimis periculis, & infidiis, atque ex media morte, non ad vitam suam, sed ad salutem vestram referuatum: omnes ordines ad conseruandam remp. mète, voluntate, studio, virtute, voce, consentiunt: obfessa facibus, & telis impie coniurationis, vobis supplex manustendit patria communis: vobis se, vobis vitam omnium ciuium, vobis arcem, & Capitolium, vobis aras Penatium, vobis illum ignem Vestæ perpetuum, ac sempiternum, vobis omnia templa deorum, atque delubra, vobis muros, atque vrbis tota commendat. Praeterea de vestra vita, de coniugum vestrarum, ac liberorum anima, de fortunis omnium, de sedibus, de focis vestris hodierno die vobis iudicandum est. Habetis ducem, memorem vestri, oblitum sui: quae non semper facultas datur: habetis omnes homines, vniuersum populum R. id quod in ciuili causa hodierno die primum videmus, vnum atque idem sentientem. Cogitate, quævis laboribus fundatū imperiū, quanta virtute stabilitū libertatē, quanta deorum benignitate auctas, exaggeratāq. fortunā vna nox pænè deleat. Id ne vniquā posthac non modò confici, sed ne cogitari quidē possit, vobis hodierno die puidēdū est. Atque haec non vt vos: qui mihi studio pænè praecurritis, excitare, locutus sum: sed vt mea vox, quae debet esse in rep. princeps, officio functa consulari videretur. Nunc autē quā ad sententiā redeo, de me pauca dicam. Ego, quanta manus est coniuratorum, quam videtis esse permagnam, tantam me inimicorum multitudinem suscepisse video: sed eam esse iudico rumpem, & infirmā, contentam, & abiectam. Quod si aliquan-

a L. qui sua virtute, ac fortuna huius ciuitatis ius consecit, qui sua virtute fortunam ciuitatis conficiat, & fort. iudicant.

h Locus de opificibus ciuitatum.

h L. qui sua virtute, ac fortuna huius ciuitatis ius consecit, qui sua virtute fortunam ciuitatis conficiat, & fort. iudicant.

m L. ignem illum Vestæ sempiternum, vobis omnium deorum templum atque, &c. & haec vobis.

o L. & vobis hodie primum videmus.

p al. redeam?

q ibi. ut non habent cōtem

do alicuius furore, & scelere concitata manus ista plus valuerit, quam vestra, ac reip. dignitas: me tamen meorum factorum, atque consiliorum nunquam, P.C. poenitebit. Et enim mors, quam illi mihi fortasse minitatur, omnibus est parata: vitæ tantam laudem, quanta vos me vestris decretis honestatis, nemo est assecutus. Ceteris enim semper bene gesta, mihi vni conseruata reip. gratulationem decreuistis. Sit Scipio^a clarus, ille, cuius consilio, atque virtute Annibal^d in Africam redire, atque ex Italia decedere coactus est: ornetur alter eximia laude Africanus, qui duas vrbeis huic imperio infestissimas, Karthaginem, Numantiâque^e deliquit: habeatur vir egregius, L. Paullus^f ille, cuius currum rex potentissimus quondam, & nobilissimus, Perses honestauit sit^h in æterna gloria Marius, qui bis Italiam obsidione, & metu seruitutis liberauit: anteponatur omnibus Pompeius, cuius res gesta, atque virtutes iisdem, quibus solis cursus, regionibus, ac terminis continentur. erit profecto inter horum laudes aliquid loci nostræ gloriæ: nisi forte maius est patefacere nobis prouincias, quod exire possimus, quam curare, ut etiam illi, qui absunt, habeant quod victores reuertantur. Quam^k est in vno loco conditio melior eternæ victoriæ, quam domesticæ: quod hosteis alienigenæ aut oppressi seruiunt, aut^l reperi, beneficio se obligatos putant: qui autem ex numero ciuium dementia aliqua deprauati, hostes patriæ semel esse ceperunt, eos, cum à perniciæ reip. epulæ, neque vi coercere, neque beneficio placare possis. Quare mihi cum perditis ciuib. æternum bellum suscepum esse video: quod ego vestro, bonorumq. omnium auxilio, memoriâq. tanto-

rum periculorum, quæ nō modò in hoc populo, qui seruatus est, sed etiam in omnium gentium sermonibus, ac mentibus semper hærebit, à me, atque à meis facile propulsi posse confido. Neque vlla profecto tanta vis reperietur, quæ coniunctionem vestram, equitumq. Ro. & tantam conspirationē honorum omnium perfringere, & labefactare possit. Quæ cum ita sint, patres conscripti, pro imperio, pro exercitu, pro prouincia, quam neglexi, pro triumpho, ceterisque laudis insignibus, quæ sunt à me propter vrbes, vestraque salutis custodiam, repudiata, pro clientelis, hospitibusque prouincialibus, quæ tamen vrbanis opibus non minore labore tueor, quam comparo: pro his igitur omnibus rebus^a, & pro meis in vos singularibus studiis, proque hæc, quam conspiciatis^b, ad conseruandam reip. diligentia, nihil aliud à vobis, nisi huius temporis, totiusque mei consulatus memoriam postulo: quæ dum erit vestri^c mentibus infixa firmissimo me muro sepiū esse arbitror. Quod si meam spem vis improborum fecellerit, atque^d superauerit: commendo vobis paruum meum filium: qui profecto saterit prædidi, non solum ad salutē, verum etiam ad dignitatem, si eius, qui hæc omnia suo solus periculo^e conseruauerit, illum esse filium memineritis. Quapropter de summa salute vestra, populique R.P.C. de vestris coniugibus, ac liberis de fanis, ac templis, de totius vrbis tectis, ac sedibus, de imperio, de libertate, de salute Italia, de quæ vniuersa rep. decernit diligenter, ut instituitis, ac fortiter. Habetis enim consule, qui & parere vestris decretis non dubitet: & ea, quæ statueritis, quoad viuet, defendere, & per se ipsum præstare possit.

^a q. v. e. laude tantam,

^b hoc sepius inculcat Cicero^a Africanus minor⁺ d. d. Hannibal⁺ e. Velleius⁺ f. v. e. viro egregius, Paullus ille g. cuius vitæ vide apud Plutarch.⁺ h. q. v. e. sit æterna glor. i. Nam in Gallia Ambrosas & Teutonas in Italia Cimbro deuit⁺

^k v. e. Quam quam est vno loco. l. q. b. v. g. aut receptum amicitiam

^a q. v. e. rebus, p. o. m. b. v. e. peripatit, & h. a. b.

^c q. v. e. in v. s. r. s. mentib. fixa, iustissimomo me d. v. o. atque superari:

^q L. conseruauit, & ita. v. e. i. PERO RATIO⁺



PRO L. MURÆNA. ORATIO VICESIMA TERTIA. Synopsis.

Questio, An Murana ambitum commiseri. Accusatores Ser. Sulpicius M. Porcius, Cato & Cn. Posthumus Reus, L. Murana. Patroni Muræna, Cicero. 2. Horrensus. M. Crassus. Euentus, Murana periculo accusationis liberatus. Acta anno vrbs 690.

P. CXXIII.
a. EXOR-
DIUM⁺
b. v. e. L. Muræna,
c. Mos Romanus sequentis anni Consule re-nunciari ad-deat. Epist. fa-mil. 22. & 7. la-mil. 20.⁺
d. d. Vt mihi fides magi-stratuique meo. al. mihi fidei magi-stratuique meo.⁺



populo plebique Romanæ bene atque felicitati euenire: eadem precor ab iisdem diis immortalibus ob eiusdem hominis consulatum vnâ cum salute obtinendum, & ut vestra mentes

V. A. E. a. precatus sum à diis immortalibus, iudices, more institutisq. maiorū, illo die, quo auspicio, comitiis ceterariis, L. Muranam cōsulem renūciaui: Videtis ea res mihi, magistratuique meo

atque sententiæ cum populi R. voluntate^a, suffragiisq. consentiant. eaque res vobis, populoque R. pacem, tranquillitatem otium, concordiam afferat. Quod si illa solemnissimum precatio consularibus auspiciis cōsecrata, tantam habet in se vim, & religionem quam reip. dignitas postulat: idem ego sum precatus ut^f in quoque hominibus, quibus hic consulatus, me rogante d. tus esset: ea res fuisset, feliciter prosperèque eueniret. Quæ cum ita sint, iudices, & cum omnis deorum immortalium potestas, aut transfatus^g sit ad vos, aut certe communicata vobiscum: idem consulatum vestra fidei commendat, qui antea diis immortalibus commendaui: ut eiusdem homi-

^e d. voluntatibus⁺

^f l. v. e. quæ hominibus.

^g al. ualuta⁺